GREGORIUS MAGNUS
Österreich, 12. Jh.
Seite 84r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26124
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Si enim ei de bonis suis aliquid permaneret secum quod habuerat tolleret.
Sed quoniam ambiens timere iudicem noluit ex hac uita subtractus
ad iudicem nudus uadit. Cuiuslibet uniuersi ad retributionem minor est quod
in subsequenti pena cruciatur si in hac saltem uita liber esse permittitur. Sed nulla est libertas in culpa quia scriptum est. Vbi spiritus domini ibi
libertas. Et plerique puerisque mentis ipsa sua culpa fit pena.
Vnde recte subiungitur. Cum saciatus fuerit arcabitur. Pri quippe
anhelat pauaricie concupita egregare et cum quasi in quodam
uentre auaricie multa egesserit saciatur arcatur quia diu auriatur
qualiter acquisita custodiat ipsa eum sua sacietas angustat. Diuitis enim cuiusdam uberes fructus ager attulerat sed quia ubi eos tantos reponeret non habebat dixit. Quid faciam quid non habeo quo egregem
fructus meos. Et dixit. Hoc faciam destruam horrea mea et maiora edificabo. Quia quo ex habundantia angustatus dicebat. quid faciam quasi multo cibo pressus estuabat. Pensemus quid uotis appetit ut uberes fructus ager illi afferret. Ecce — au uota
completa sunt quia fructus uberes ager attulit. Sed quia ad recondendum loca non sufficiunt multiplicatus diues quid faciat ignorat.
O angustia ex sacietate nata de ubertate agri angustatur animus auari. Dicens namque quid faciam profecto indicat quia uotis suis
effectibus pressus sub quodam rerum fasce laborat. Bene autem dicit cum saciatus fuerit arcabitur quia mens auari quo pri ex habundantia requiem quesierat. post ad custodiam grauius laborat. Vnde
hic quoque adhuc subdit. Estuabit et omnis dolor irruit in eum.
Pri namque dolorem habuit in ipsa sue concupiscentie fatigatione qualiter concupita raperet quomodo alia blanditiis alia terroribus auferret. at post quam acquisitis rebus puenit ad desiderium alius hunc dolor fatigat ut sollicito timore custodiat quod cum graui labore meminit acquisitum. Hinc inde insidiatores metuit atque hoc se petiit quod ipse fecit alius p